

1298 Januar 23 Mainz.

[70]

Erzbischof Gerhard von Mainz weist dem Wildgrafen Gottfried bestimmte Einkünfte in Boppard an.
190

Nos Gerhardus, Dei gracia sancte Magantine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, recognoscimus, tenore presencium publice profitentes, nos viro nobili Godefrido Comiti Silvestri, nostro consanguineo et castrensi in Beckelnheim, centum et quinquaginta marcas nomine castrensis feodi, item triginta marcas denariorum Coloniensium, tribus halensibus pro denario quolibet computatis, pro non soluta hactenus pensione feodi supradicti, item sexaginta marcas eiusdem monete pro dampnis, que sustinuit in serviceis nostris et ecclesie Magantine, liberaliter assignassem perciendas in thelonio nostro Bopardiensi, cum primum a nobilibus viris Friderico de Lyningen et Georgio Irsuto comitibus perceptis inde debitis, quibus ipsis astringimur, idem thelonium fuerit absolutum; ita tamen quod idem Godefridus Comes Silvestris, mox cum ad percepcionem thelonii fuerit admittendus, valorem centum et quinquaginta marcarum monete predice in bonis suis propriis liberis et solutis tenebitur assignare et recipere in castrense feodium a nobis, successoribus nostris et ecclesia Magantine et ipse suique heredes post eum feodi capaces deseruent fideliter ut castrenses. In cuius rei testimonium presentem litteram tradi fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum Maguntie anno Domini M^oCC^oXCVIII, decimo Kl. Februarii.

Orig. Siegelreit; Kyrburg Nr. 273. — Unrichtiges Siegest bei Goetz a. a. D. IV, Nr. 2709; desgl. Siegest Kurzgefasste Geschichte 1769, S. 14.